



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Instructio practica ...**

Institutiones Theologiæ Mysticæ, Seu Facilem & practicum modum  
Exercitia Spiritualia S.P. Ignatii Loyolæ per octiduum faciendi - item  
triduanam recollectionem fructosè instituendi complectens, Et  
Sacerdotibus Præcipuè, aut de Sacerdotali Statu suscipiendo  
deliberantibus accomodata, Una cum ...

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1680**

Medit. II. De crucifixione & morte Christi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48834](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48834)

19. & ideo, ut bene dixit S. Gregorius hom. 35. super Brach.  
*tanto quisque ostenditur minus doctus, quanto curvior  
 minus patiens; nec enim potest veraciter bona docenda  
 pendere, si vivendo aequanimiter nesciat mala tolerare.*  
 Legatur etiam l. 2. c. 12. ex inicit. Christi.

## MEDITATIO II.

Pro septima Die.

## DE CRUCIFIXIONE ET MORTE CHRISTI

Scopus.

*Crucifixionis & mortis spiritualis ardens desiderium*

## Punctum I.

Confidera I. Qualem & quam dolorosam, ignominiosam, & luctuosam mortem sustinuerit Christus, cum eo tempore tum ob prateritos dolores & defatigationes; tum novam manuum pedumque perterebationem, tum ob multitudinem adstantium, mortisque ejus consentientium; tum ob derelictionem non tantum ab Hominibus Solatium, aut non valentibus, sed ab ipso etiam a tereno Patre omnes tam corporis, quam Animi cruciatibus dubie innumeris partibus sint aucti, ita ut tunc cum verum dicere potuerit: *O vos omnes, qui transitis per Siam, audite, & videte, si est dolor, sicut dolor meus.* Thren. 1.

Confidera II. Cur hanc tam acerbam Mortem voluerit, cum tamen praecedentes dolores jam sufficiens fuissent ad totum Genus humanum redimendum; ob quas videlicet causas. 1. Ut excessum sui Amoris ostendens, sicque facto ipso confirmaret, quod verbis praedixerat: *Magis pro Amicis suis.* 2. Ut Morte sua vitam nobis paratam nec vivendi duntaxat bene, sed etiam moriendi modum, etiam Artem doceret. 3. Ut Mortis suae acerbitate nostrae carnis amaritiam temperaret & dulcoraret. 4. Ut ad mortem spiritualem ipsius amore suscipiendam nos excitaret.

Confidera III. Quantas gratias Christo debeas ob istas has causas, quamque adeo merito cum S. Bernardo docere mare debeas: *Nemo deinceps sibi videtur, sed ei, qui pro*



superius est; cui enim iustus servam, quam ei, quib, si non mo-  
 stratur, ego non servarem? Colloquium.

## Punctum II.

Considera I. Quid sit Mors spiritualis, quam cum Christo  
 ire debes, nimirum separatio moralis Animæ à Corpore,  
 traditio Spiritus in manus Cælestis Patris, id est, ut non  
 quæ corpus seu inferior Homo appetunt, desideres &  
 liberes, sed solum æterni Patris beneplacitum; sic enim A-  
 postolus Rom. 12. hortatus est dicens: *Nolite conformari  
 huic seculo, sed reformamini in novitate sensus vestri, ut  
 probentur, quæ sūt Voluntas DEI bona, beneplacens, & perfecta.*  
 Sic enim cum veritate dicere poteris: *Mihi Mundus crucia-  
 tum est, & Ego Mundo.*

Considera II. Quam libenter hanc mortem suscipere de-  
 bes, utpote de qua verè etiam sicut de morte Christi, dici  
 solet, quòd sit pretiosa in conspectu Domini. pretiosa ob  
 difficultatem (quia, cum nemo seipsum odio habeat, diffi-  
 cile est, sibi ipsi vim inferre) pretiosa ob diurnitatem, quia  
 non tribus duntaxat horis, sed toto vitæ tempore durare de-  
 bet: pretiosa propter utilitatem, quia ipsa est unicum me-  
 dum ad veram Animæ vitam obtinendam, juxta notum  
 axioma: *Tantum Servis DEO, quantum moreris tibi*: pretio-  
 sa propter jucunditatem, quia per eam verè pax & tranquillitas  
 Animæ obtinetur, cum nihil æquè huic paci obstat, quam  
 amor proprius, qui per hanc mortem penitus interimitur.

Considera III. An hætenus sic spiritualiter mortuus fue-  
 ris, aut mori deinceps velis. Colloquium.

## Punctum III.

Considera I. Quibus potissimum Instrumentis aut Actio-  
 nibus Mors Christo illata sit, nimirum Clavorum, Malleo-  
 rum, & Spinarum violentiâ; hi enim viam Sanguini, & per  
 hanc ipsam etiam Animæ aperuerunt, ut ex corpore exire po-  
 terent.

Considera II. Quinam sint spirituales clavi & mallei,  
 quibus tu mortem spiritualem tibi inferre debeas, nempe as-  
 sumpti Actus Mortificationis, quibus violentiam Amori pro-  
 prio & Concupiscentiæ inordinatæ inferre conaberis, ut di-  
 cere



cere cum S. David Pf. 43. possis: *Propter se mortificamur  
ta die: astimati sumus sicut oves occisionis.*

Considera III. Si Milites ad mortem damnati plerumque  
pro summa habent gratia, multoque libentius moriuntur,  
ab aliquo dilecto Amico mors ipsis inferri sinatur; quanto  
libentius tu mortem istam spiritualem sustinere debes. hoc  
tibi conceditur, ut à teipso velut tibi Amicissimo illa suscipi  
queat, summaque, que in hac vita optari potest, felicitas  
tibi per eam obtingat, cum verè de tali morte dici poterit  
quod Apoc. 14. DEVS ipse scribi iussit: *Beati mortui qui  
in Domino moriuntur: A modo jam dicit Spiritus, ut respuer  
seant à laboribus suis; opera enim illorum sequuntur illa.*  
Exclama igitur cum Judæis, & fer sententiam de recipi  
cendo: *Reus est mortis: Crucifigatur.* Colloquium.

Vide etiam Masenium, fol. 324. Vel Theophilum West  
hebd. 3. medit. de Christo Crucifixo.

### Conclusiones.

I. Ergo exclamantem audi S. Bernardum: *Exergat De  
cadat armatus iste, cadat & conteratur inimicus  
Contemptor DEI, Amator sui, Amicus Mundi, Servus  
vobis. quid tibi videtur? Certè si verè sentis, mox  
Reus est mortis: Crucifigatur, crucifigatur.*

II. Ergo dic cum S. Paulo: *Absit mihi gloriari, nisi  
Cruce Domini mei IESU Christi, per quem mihi Mundus  
crucifixus est, & ego Mundo. Gal.*

III. Ergo crede tibi dictum à pio Asceta l. 2. c. 12. *Quod  
in Cruce totum constat, & in moriendo totum facit: Quod  
est alia Via ad vitam, & Veram internam pacem, nisi  
sua illa Crucis & Mortificationis.*

Legatur etiam ex l. 2. c. 11.

### CONSIDERATIO PRO VII. DIE. DE ACTIONIBVS AD IPSVM SACER DOTE M SPECTANTIBVS.

#### Punctum I.

Hæ triplicis ferè sunt generis, nam aliquæ quidem ad  
animam, aliæ ad Corpus, aliæ ad res temporales & æternas.



cas spectant. Quid circa singulas observandum sit, hoc  
erit examinandum juxta regulas mox subjungendas.

I.

*Erga Personam propriam.*

- Cura Oeconomix Sobria  
Propter majorem ædificationem
- Cura Corporis moderata  
Propter faciliorem Operationem.
- Cura Animæ præcipua  
Propter potiorem Æstimationem.

II.

*Erga Animam.*

- Malum vitæ sollicitè  
Ob grande nocumentum.
- Bonum age præservidè  
Ob Gratix augmentum.
- Curas inanes abijce  
Ob Pacis incrementum.

III.

*Erga Corpus.*

- Corpus cibo refocilla,  
Ne fame contabescat.
- Justo labore occupa,  
Ne otio torpescat.
- Gratâ quiete recrea,  
Ne obrutum languescat.

IV.

*Erga Mensam.*

- Præmitte Benedicite,  
Ut pius agnoscaris.
- Quod sumis, sume modicè,  
Ut finem consequaris.
- Per solve gratias impigrè,  
Ut sæpius pascaris.

V.

*Erga Recreationem.*

- Post Mensam curas abijce,  
Ne cassa Mens gravetur.

Z 3

Aptam



Aptam Quietem elige,  
Ne Corpus enervetur.  
Honestâ Verba loquere,  
Ne Spiritus laxetur.

VI.

*Erga Somnum.*

Somni Quietem excipe,  
Ut fortè moriturus.  
Arcana Mentis discute  
Ut Judicem passurus.  
DEI favores recole,  
Ut plures percepturus.

VII.

*Erga Reditus.*

Moderata Procuratio  
Secundùm Necessitatem.  
Studiola Conservatio  
Secundùm Æquitatem.  
Recta Dispensatio  
Secundùm Pietatem.

## Punctum III.

Subinde accuratè perpende motiva, quæ te specialiter  
pellere debeant ad tui curam Omnibus alijs anteposita  
quorum

Primum est illâ Servatoris Sententiâ Matth. 16. in  
tum; *Quid prodest Homini, si Mundum universum lae-*  
*tur, Anima vero sua Detrimentum patiatur? aut quomodo*  
*abit Homo commutationem pro Anima sua? Unde Sicut*  
c. 29. monet; *Recupera Proximum secundùm Veritatem*  
*tuam, & attende tibi, ne incidas.* Atque hoc ipsum  
firmans S. Bernardus ser. 18. super Cant. *Si sapias, in-*  
*Concham te exhibebis, & non Canalem; hic siquidem*  
*simul & recipit, & refundit; illa vero, donec implere*  
*expectat, & sic, quod superabundat, sine damno suo*  
*municat.*

Secundum, quia sicut S. Ignatius suos monere solitus  
persuasum sibi habere debet, se in medio Nationis pretere  
que perverſæ, & non cum perfectis planèque Sapien-



hominibus vivere, atque adeò, ne, ut Olex c. 4. dicitur, sicut Populus, sic Sacerdos, & luem Peccati ab Infirmis, quibuscum agit, contrahat, Salutaribus priùs Antidotis, Orationis, Mortificationis, Humilitatis, aliarumque virtutum bene armandus est.

Tertium, quia hæc sui ipsius Cura & virtutis studium plùs salutem Proximi promovendam conducit, quàm Doctrinæ & alia quæcunque dona naturalia vel humana; illa enim, ut S. Ignatius sapienter advertit, interiora sunt, ex quibus efficaciam ad exteriora permanere ad finem nobis propositum speret; unde S. Paulus ad Corinthios 1. c. 2. scripsit: *Sermo meus & Prædicatio mea non in persuasibilibus humana Sapientia Verbis, sed in ostensione Spiritus & Virtutis, ut Fides vestra non sit in Sapientia Hominum, sed in Virtute DEI, non in Sapientia Verbi, ut non evacuetur Crux Christi.*

## Punctum III.

Ut ergo tantò faciliùs & efficacius hanc tui ipsius Curam suscipias, ante omnia commendatum tibi sit triplex medium, scilicet

- Studium Orationis avidissimum
- Ad obtinendam Gratiàm.
- Studium Mortificationis continuum,
- Ad purificandam Conscientiam.
- Studium Humilitatis necessarium
- Ad cavendam vanam Gloriam.

Quorum primum quidem requiritur, quia *qui rectè novit vivere, novit & rectè vivere*, teste S. Augustino. Secundum, quia *qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum Concupiscentiis suis*. Gal. 5. Tertium, quia *perit omne, quod operatur, si non in humilitate custoditur*, ut rectè S. Gregorius dixit:

Deinde ne, dum amas pericula, pereas in illis, sequentia vitia velut Syries Sacerdotum peculiari studio devita, & ideo

- Degesta Vinum modicè
- Ob vitandum Scandalum.
- Age cum Feminis Angelicè
- Ob cavendum periculum.



Tracta pecuniam cautè

Ob fugiendum vitium.

Denique frequenter te recollige, & renova; quia, ut Gregorius rectè monet, *si lassescere ab inchoatis bonis volumus, valde necessarium est, ut inchoare nos quoad bene vivimus. Hinc & Christus Apostolis Marc. 6. dixit; Venite in desertum locum, & requiescite pusillum.*

MEDITATIO III.

pro 7. Die.

DE CHRISTI SEPULTURA ET DESCENSA  
AD INFEROS.

Scopus.

*Charitatis erga Defunctos exercenda studium,*

Punctum I.

Confidera I. Quanta cum charitate & reverentia Josephus ab Arimathæa, & Nicodemus Corpus Christi sepeliri mandarint, utpote quod firmissimè crediderunt, esse ipsius Corpus, quod ad exolvendum Redemptionis humanæ pretium æterno Patri oblatum fuit.

Confidera II. Quàm gratum fuerit hoc obsequium Christo; si enim jam olim DEO tantopere placuit obsequium Tobie Senioris in mortuis clam noctu sepeliendis, ut illud Tob. 12. S. Angelus Raphaël commendans dixerit: *Quamvis orationem tuam cum lacrymis, & sepeliebas mortuos, & derelinquebas prorsum domum tuam, & mortuos abscondebas in domo tua; & sepeliebas eas, ego obtuli orationem tuam Domino. Te habeo, quò magis placuisse credenda est Sepultura ipsi DEO, eo tempore, quo ab omnibus derelictus aut sepultus existeret omnino, aut parùm honorificam accipere debebas, cum tanta charitate & liberalitate præstita.*

Confidera III. Quàm præclaram occasionem, hanc charitatem Christo exhibendi habeat quisvis etiam Sacerdos Curiam Animarum gerens, si cum debitis Cæremoniis & sincerâ Misericordiam affectu mortuos suos Parochianos ad Sepulturam deducat; quàm longè præstantiorem Myrrham & Animæ Gratiam videlicet & Sacrificij, ipse adhibeat, gratissimè